



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnium Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Trigesimus quartus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Fructus cal.

Floruit sub Apostolicis viris Innocentio tercio, Lucio. 4. Urbano tercio, Gregorio octauo & Clemēte. 3. Imperante Fræderico. Claruit dominus Euertimus abbas monasterij diui Laurentij qui sacellū in honorē diui Thomæ Cātuariensis archiepiscopi recēter occisi ædificauit, & beata Iutta Hoy secessum Leprosorū appetit.

¶ Trigesimus quartus Antistes.

Albert⁹ filius ducis Brabātię, ex sorore ducis Arduennæ doctor & Archidiaconus & Collegij diui Lāberti Prępositus Episcopus cōsecratus est. Quod factū cōprimis male habuit comitē Hānoniæ, qui Albertū cōsobrinū suū penitus illiteratū, eligi maluisset. Ex quo aliud malū euenit. Imperator enim Fræderic⁹, terciū quendā, Lothariū fratrem Comitis de Horisca superinduxit, Proinde duob⁹ secū in gratiā reduntib⁹, Albertus Brabātus, Romā profect⁹ a Celestino Pont. Max. cōfirmat⁹ est. Qui statim regressus diploma Collegio pręlegit, & a Coloniēsi Archiepiscopo cōsecrari desiderās, sed illo imperatoris sequitiā formidāte, a Remēsi benedict⁹ est. Sed a trib⁹ viris Equestrib⁹ in hoc a Fræderico destinatis adort⁹, dū vnū Abbatē & Equitē haberet: quos aliquoties cōuiuas aduocauerat, inuasores sensit. Occisus est Remis, & miraculis claruisse perhibetur, sepult⁹ in basilica maiori. Floruit

sub Apostolico Celestino tercio. Imperate Hēri
co filio Frēderici, qui aliquādo resipiscens apud
Leodium, duas aras munifice dotauit, quæ sunt
diui Lamberti & Remacli

Trigesimus quintus Antistes

Albertus secundus filius comitis Vlosseni
ex filia dñi Hērici a Cuycis, aduersus Si
monē Arduēnē ducis filiū itidē electum
preualuit. Lite enim in vrbē prouocata, iste gale
ro insignit⁹ est, & Cardinalis appellat⁹: ille Anti
stes cōsecratus. Quo Leodiū reuertēte, quū steri
litas & inedia in patriā incrudesceret, indicto ie
iunio, tres sacras pōpas ordinauit post natalē Ioā
nis bap. obseruādas. Qui dū electionē abbatis Sē
blacēsis, sede Leodina vacāte, ab Archiepisco co
loniēsi cōprobatā absq; pecunia admittere nollet
Monachi clā illo, cōtulerunt, & Abbatē suū insti
tui curarūt. Sed Abbas postea ab Antistite inui
tat⁹, causam intelligēs, propter ea literis cōsciētā
apud Celestinū terciū testificatus, hinc capitulū
in decretalibus adhiberi laborauit, quod Antisti
tē Leodinū, de symonia coargueret, vt videre
est Extra de Symo. cap. Sicut tuis literis. Contra
Ducissam Brabātię bello instructo, a Metēsi Ar
chiepiscopo monit⁹, exercitū dimisit: & pacem Tumult⁹
inijt. Seditionē ciuiū Leodiensiu, aduersus cano apud Leo
nicos aliquantisper fouit, et audaciā prophanorū dium.